



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Nicodemo discipulo. Cap[itulum]. iij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



De sanctis in mēse martij occurrētibus Fo. lxxxvi.

trouissus ibidē fuit rōs tū celesti fuerat cibo refect? et diuino lumine confortatus. Qui post captam hierusalem cum discipulis omni tempore vite sue permansit: et in senectute bona in domino quiescit.

De sancto Nicodemo discipulo. Cap. liij.



**N**icodemus

ex phariseis galilaeis doctus et honorabilis iudeorum nepos et auditor fuit. Hic videns signa que iesus in hierusalem fecerat circa festum pasche primo eius predicationis anno in eum credidit: et ad eum uisitatus nocte venit: auditisque sermonibus ipsius occulit? et ipse iesu discipulus extitit. qui etiam in psilio suo deo de morte iesu tractatus cum potissimum fuit ipsum pro posse defendit. Et cum de iesu occidendo inter eos diffinitum fuisset: ipse amore magistri clandestine inspiratione iudeorum magdalene nunciat: quatenus sibi preauerit: et secederet a finibus iudeorum. Quod magdalena iesu secreto per epistolam reuelauit et nomine nicodemus: cum ipse iam ad ciuitatem efferre iuxta desertum persecutione fugiens declinasset. Hec damascenus ponit. Qui etiam una cum ioseph ab arimathea sepulture christi obsequium impedit. Sed post ascensionem christi ab apostolis petro et iohanne baptisma suscepit: propter quod iudei contra ipsum stromachari uisus ad mortem eum cedere: et plagis affectu seminum reliquerunt omnium sublatam spoliatis. Gamaliel homo ipsum collectum in possessione sua gabargamala extra ciuitatem adduxit: et ibi ipsum diebus pluribus refovit. Qui tandem in christo obdormiuit: et sepultus est a sancto gamalielle in eius sepulchro: ubi et corpus prophetarum stephani in apside fuerat tumulatum.

De sancta Maria iacobi. Cap. liiij.

**M**aria iacobi. s. minoris mater que ab alio euangelista dicitur maria cleoppe: subaudi filia fuit soror beate virginis uirginis filia sancte anne et cleoppe: cui ipsa nupsit mortuo iochim patre suo dñe nostre patre: hec tradita est in coniugem alpheo: et quo quattuor filios procreauit: scilicet iacobus apostolus: qui dicitur minor: ad differentiam alterius maioris: non quod ille minor fuerit etate: sed posterior uocatione. Ioseph iustum qui dicitur barsabas qui cum matthia sortitus fuit: et simonem et iudam apostolos. Hec cum maria matre iesu sorore sua ad crucem domini stetit: et cum eam morte iesu desecuit: atque cum magdalena et altera maria circa corpus dominicum perungendum sollicita fuit. Adeoque eiusdem dominus apparuit: ut supra de resurrectione dictum est. Cuius corpus in prouincia prouincie requiescit in ciuitate,

De sancta Maria salome. Cap. v.



**M**aria salome suban

di fuit etiam soror dei genitricis uirginis filia sancte anne et salome: cuius una post mortem duorum uirorum scilicet iochim et cleoppe fuit matrimonio copulata. Uel ut quidam uolunt hec maria binomia fuit. s. maria et salome. Alijs placet quod salome nomen mulieris fuit quod passioni domini cum maria eius mense interfuit: quod tamen nec maria uocata fuit: nec soror uirginis extitit. ubi et marthe? euangelista duas solas marias. s. magdalenam et alteram mariam notauit. Doctores tamen cõter tenent: quod fuerint tres marie. Cuius quibus potuit esse: et alia mulier salome: de qua dicitur in eius festo: quia et hieronymus in suo martyologio ponit. Hec autem maria salome uxor fuit zebedee: et qui genuit filios iacobum maiorem apulum et iohannem euangelistam. Et hec cum sororibus circa passionem christi et sepulturam et corporis uocatione laborauit: christus sibi et duabus alijs apparente uidere meruit: ut supra dictum est. Hec filium suum iohannem euangelistam audiens rome detentum ad ipsum uisitandum accessit. Sed cum eum in exilium relegatum audisset: et rediret in ciuitatem capante quod uerulana defuncta est: cuius corpus in specu sepulchri dudum latuit: sed reuelate filio suo iacobo processu temporis inde leuatum est miro fragrans odore: et miraculis fulgens: atque in ipsa ciuitate digno honore conditum est. Horum predictorum quattuor scilicet ideo hec acta ponuntur: quod dies certos non habentes optime resurrectionis festo applicat: eo quod sepulture et resurrectionis dominice sortis primas fuerit atque precipue.

De sancto iohanne anachorita pefessore. Cap. vi.



**I**ohannes anachorita

ta: ut ait Sigibertus: et in uitis patriam habet: anno primo imperatoris theodosij senioris scititate christi ritu prophetie in egypto claruit: habuitque cellam in heremo thebaidis in rupe ascesus grauissimi et pene inaccessibleis in qua inclusus. lxx. annis permansit. Qui nunquam mulierem et uir rarissimis uiribus se loqui permittebat. In illis tamen ad se intrare unquam uoluit: sed per fenestram solummodo loquebat. Hic theodosio imperatori per litteras de eugenio tyranno triumphum predictit: eideque principi suum obitum satis longe ipsum prophetico presensciuit. Eiusdem etiam romano duci de gente ethiopum que thebaides ciuitatem inuenerat: certa die uictoriam prophetauit: et ut predictum erat per omnia euenit. Cum quidam tribunus eum rogaret ut coniugem suam ad se uidentem ex deuotione uenire permitteret omnino denegauit: promisit tamen eidem quod ipsa nocte illam uisitaret. Dormientibusque ipsa nocte ambobus coniugibus per uisum apparuit: et mulierem in domino confortauit. Que cuiusque: et que uides